



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 64. Articuli pacis Gallias inter & Angliam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

ceptas hasce literas die in quodam op- Sæcul. XV.
rido prope Ambianum congregiebantur. A.C. 1475.
Aderant Ludovici XI. nomine Borbonius
Nothus supremus Gallicæ classis Præfe-
ctus, Admiralis, Sanpetrius, & Ebro-
censis Episcopus, qui Herberga voca-
tur. Pro Angliæ Rege acceſſerant Ha-
wartzus, aliud quidam nomine Chalan-
gerus, & Mortonus Doctor, qui postea
Angliæ Cancellarius, & Cantuariensis
Archiepiscopus renuntiatus est. Sub pri-
mis congressus auspiciis Angli quasdam
pacis conditiones præſcribebant extra
modum superbas, ac inter ceteras Eduar-
do totum Galliarum Regnum, aut fal-
tem Aquitanniam & Normanniam resti-
tui petebant.

§. LXIV.

Articuli pacis Gallias inter & An- gliam.

Ast Angli, utroque Rege pacem impen-
ſius peroptante, brevi ad mitiora de- Till. in tract.
ſcendebant confilia, & inter præcipuas Franc. & Angl.
concordiæ leges utrinque sancitum, ut Lu-
dovicus in Angli exercitus stipendum,
ac belli sumptus Angliæ Regi septuaginta
duo aureorum millia numeraret; vicissim
Delphinus Franciæ Eduardi filiam tum
nonnisi tres annos natam in uxorem acci-
peret, illa vero solidis novem annis us-
que

Sæcul. XV. que ad nuptiarum solemnia dotis nomine
A.C. 1475. cunctis frueretur Aquitanniæ proventibus, nisi Ludovico Regi præplaceret, eisdem quotannis quinquaginta aureorum millia Londini solvenda assignare. Ipso autem connubii die uterque Sponsus Aquitanniæ dominio potiretur, atque inter Galliarum & Angliæ regna ad novem annos foedus percuteretur, in quo Burgundiæ ac Britanniæ Duces, ne non alii quicunque Galli, qui ante pectorum subscriptionem ad arbitrium Anglorum nominari deberent, comprehenderentur.

Præterea inter utrumque Regem mutuo pacto convenit, ut arbiter constituantur, qui de eorum controversis iuribus dijudicandi ac sententiam ferendi facultatem haberet, atque ille ter decies centena aureorum millia multæ nomine solveret, qui hujus judicio stare detrectaret. Præterea utrinque ad armatam inferenda, quam repellenda foedus erectum est, vi cuius emergente belli intestini tumultu, nec Ludovicus rebellibus Anglis, nec Eduardus Gallis seditionem moventibus auxilia ferre possent. His pactis subjunxerunt Anglorum Deputati, quod eorum Rex, ut luculentum sinceri, atque ad pacem & Gallorum commoda propensi animi præberet testimoniū, proditionis adversus Franciam adorna-

nomine
roventi-
eret, ei-
reorum
e. Info-
nsus A-
tque in-
ad no-
in quo-
s, nec-
nte pa-
am An-
prehend-
em ma-
confi-
sis juri-
ferendi
decies
nomi-
are de-
arma
scodus
belli in-
rebelli-
seditio-
possent.
am De-
lentum
llorum
et testi-
anciam
dorna-

adornatæ Auctores Galliarum Regi non Sacul. XV.
modo indicare, sed etiam evidētia per A.C. 1475.
fidiæ argumenta producere velit.

§. LXV.

*Margarita Andegavensis libertati
restituta, & in Franciam
reversa.*

Inter plurimas hujus fœderis præroga-
tivas haud infima erat recuperata li-
bertas Margaritæ Andegavensis, quæ
Henrici IV. vidua ab Anglis libere di-
missa in Gallias redeundi, ibique mo-
randi copiam obtinuit, ubi etiam sexto
vel septimo post adventum anno rebus
humanis erepta est. Priusquam vero
Anglia excederet, Eduardo jubente, o-
mnibus juribus, quæ in Angliæ regnum
sive demortui Mariti, sive dotis suæ, ac
quocunque alio nomine habere præten-
derat, nuntium mittere compulsa est.

§. LXVI.

*Colloquium Piquiniacense inter ambos
Reges.*

Fœdere utrinque firmato Angliæ ac Gal-
liarum Reges die vigesima Augusti
prope Ambianum ad pontem Piquinia-
cum, solita mutuæ securitatis cautione
præmissa, congressi sunt, ac privato collo-

L 1 4 quio